

EXERCITIA 1-3

CAP. V

CAPITVLVM QVINTVM

*Cap. V**Lēctiō p̄ima (versūs 1-46)**Lēctiō I*

Exercitium 1

1. Serv_____ abest; dominus serv_____ vocat.
2. Serv_____ absunt; dominus serv_____ vocat.
3. Ancill_____ abest; domina ancill_____ vocat.
4. Ancill_____ absunt; domina ancill_____ vocat.
5. Mārc_____ et Quint_____ fili_____ Iūliī sunt.
6. Iūlius nōn ūn_____ fili_____, sed duōs fili_____ habet.
7. Iūlia fili_____ Iūliī est.
8. Iūlius nōn duās fili_____, sed ūn_____ fili_____ habet.
9. Iūlius numm_____ su_____ numerat: in sacculō sunt decem numm_____.
10. Iūlius ūn_____ numm_____ in sacculō Dāvī pōnit.
11. Iam ūn_____ numm_____ in sacculō Dāvī est.
12. Dāvus ūn_____ numm_____ habet. Iūlius mult_____ numm_____ habet.
13. Bacul_____ Iūliī in mēnsā est; Mēdus bacul_____ videt.
14. Iūlius interrogat. Mēdus nūll_____ verb_____ respondet.
15. In hortō sunt mult____ ros____ et mult____ lili____.
16. Iūlia mult____ ros____ et mult____ lili____ videt in hortō.

| | |
|-----|-----|
| -us | -ī |
| -um | -ōs |
| -a | -ae |
| -am | -ās |
| -um | -a |

Exercitium 2

1. Iūlius in magnā _____ habitat.
2. Iūlius magnam villam cum magnō _____ habet.
3. Iūlius _____ familiā suā in villā _____.
4. In hortō sunt multae _____ et multa _____.
5. Hortus Iūliī est magnus et _____.
6. Nāsus Syrae nōn pulcher, sed _____ est.
7. Syra fēmina _____ nōn est, quia _____ magnum et foedum habet.
8. Iūlius Aemiliam _____, quia _____ pulchra et proba fēmina est.
9. Iūlius nōn _____, sed cum magnā familiā in villā habitat.
10. In villā duo _____ et multae fenestrae sunt.
11. In ātriō nūllae _____ sunt.
12. Impluvium in _____ est. In impluviō _____ est.
13. In _____ est parvus hortus.
14. Iūlia in parvō _____ dormit; _____ Mārcus [= M. quoque] in parvō cubiculō dormit.

| |
|------------|
| amat |
| aqua |
| ātrium |
| cubiculum |
| cum |
| ea |
| etiam |
| fenestra |
| foedus |
| habitat |
| hortus |
| līlīum |
| nāsus |
| ōstium |
| peristylum |
| pulcher |
| rosa |
| sōlus |
| villa |

Exercitium 3

1. Iūlius in villā habit_____.
2. Iūlius et Aemilia in villā habit_____.
3. Aemilia trēs liberōs hab_____.
4. Iūlius et Aemilia trēs liberōs hab_____.
5. Aemilia Iūlium am____ et Iūlius Aemiliam am____.
6. Iūlius et Aemilia liberōs suōs am____.
7. Servī dominum salūt____ et dominus servōs salūt____.
8. Dominus imper____; servī pār____.
9. Puella cant____. Puerī nōn cant____, sed rīd____.
10. Mārcus in parvō cubiculō dorm____.
11. Iūlius et Aemilia in magnō cubiculō dorm____.

| | | |
|-----|-----|-------|
| [1] | -at | -ant |
| [2] | -et | -ent |
| [4] | -it | -iunt |

-ō -īs
-ā

Exercitium 4

1. Iūlius in magn__ vill__ habitat cum Aemili__ et cum liber__ et serv__ .
2. Iūlius et Aemilia cum Mārc__ et Quīnt__ et Iūli__ in vill__ habitant.
3. Iūlius villam cum magn__ hort__ habet.
4. In hort__ multae rosae sunt.
5. Iūlius hortum habet cum mult__ ros__ .
6. In Itali__ multae villae cum magn__ hort__ sunt.
7. In hort__ villārum sunt rosae.
8. In vill__ Italiae magna ātria sunt.
9. Iūlius villam cum magn__ ātri__ habet.
10. In ātri__ impluvium est; in impluvi__ est aqua.
11. Iūlius cum Aemili__ in magn__ cubicul__ dormit.
12. Mārcus et Quīntus in parv__ cubicul__ dormiunt.

Exercitium 5

1. Ubi habitat Iūlius? ...
2. Num Iūlius sōlus habitat? ...
3. Quot filiōs et quot filiās habet Iūlius? ...
4. Quot servōs habet? ...
5. Ubi sunt rosae et lilia? ...
6. Ubi est impluvium? ...
7. Quot fenestrae in ātriō sunt? ...
8. Ubi dormit Quīntus? ...
9. Servī ubi dormiunt? ...
10. Estne Iūlius in vīllā? ...
11. Estne Aemilia in oppidō cum virō suō? ...
12. Sōlane est Aemilia in peristylō? ...

*Lēctiō II**Lēctiō secunda (versūs 47–105)*

| | |
|------|-------|
| is | iī |
| ea | eae |
| id | ea |
| eum | eōs |
| eam | eās |
| eius | eōrum |
| eās | eārum |
| eō | iīs |
| eā | |

Exercitium 6

1. Mēdus servus est; dominus _____ est Iūlius.
2. Mēdus et Dāvus servī sunt; dominus _____ est Iūlius.
3. Servī dominum suum vident et _____ salūtant.
4. Dominus servōs suōs videt et _____ salūtat.
5. Syra ancilla est; domina _____ est Aemilia.
6. Syra et Dēlia ancillae sunt; domina _____ est Aemilia.
7. Ancillae dominam suam vident et _____ salūtant.
8. Domina ancillās suās videt et _____ salūtat.
9. Estne sōla Aemilia? ____ sōla nōn est, liberī cum ____ sunt.
10. Estne sōlus Iūlius? Neque ____ sōlus est, servī cum ____ sunt.
11. Suntne ancillae cum Aemiliā? ____ cum dominā nōn sunt.
12. Iūlia in peristylō est; māter _____ cum ____ est.
13. Ubi sunt pueri? ____ quoque in peristylō sunt.
14. Liberī sōlī nōn sunt: māter _____ cum ____ est neque ____ ab ____ discēdit.
15. Hortus pulcher est, in ____ sunt multae rosae.
16. Estne pulchrum peristylum? ____ quoque pulchrum est; in ____ parvus hortus est.
17. Villa magna est; in ____ sunt multa cubicula.
18. Servī in cubiculis dormiunt; cubicula _____ nōn magna sunt.
19. Suntne parva cubicula liberōrum? ____ quoque parva sunt.

Exercitium 7

1. Iūlia ab Aemiliā discēd____ ; puerī nōn discēd____ .
2. Aemilia imperat: "Iūliam voc____ , puerī!"
3. Puerī Iūliam voc____ : "Iūlia! Ven____ !"
4. Iūlia eōs nōn aud____ neque ven____ .
5. Iūlia puerōs voc____ : "Mārce et Quīnte! Ven____ !"
6. Puerī Iūliam aud____ neque ab Aemiliā discēd____ .
7. Quīntus: "Carp____ rosās, Iūlia!" Iūlia rosās carp____ et ex hortō ven____ cum quīnque rosīs.
8. Iūlia: "Vid____ rosās meās, mamma! Vid____ , puerī!"
9. Puerī rosās vid____ . Aemilia: "Ecce puella pulchra!"
10. Iūlia: "Aud____ , Mārce et Quīnte!"
11. Mārcus: "Māter nāsum tuum foedum nōn vid____ !"
12. Iūlia plōr____ . Mārcus rīd____ . Aemilia: "Tac____ , Mārce!"
13. Mārcus nōn tac____ . Mārcus et Quīntus rīd____ .
14. Aemilia: "Tac____ , puerī improbī!" Puerī tac____ .
15. Iūlia: "Sūm____ rosās, mamma, eāsque in aquā pōn____ !"
16. Quid ag____ Iūlia? Ea ūnam rosam sūm____ et discēd____ .
17. Aemilia: "Discēd____ , puerī! Ag____ ! Sūm____ cēterās rosās eāsque in aquā pōn____ !"
18. Puerī rosās sūm____ , discēd____ , et rosās in aquā pōn____ .
19. Aemilia: "Ven____ , ancillae!" Ancillae ven____ .
20. Aemilia: "Quid ag____ puerī? Ag____ , Dēlia! Discēd____ et interrog____ eōs!"

| | | |
|-----|-----|-------|
| [1] | -ā | -āte |
| | -at | -ant |
| [2] | -ē | -ēte |
| | -et | -ent |
| [3] | -e | -ite |
| | -it | -unt |
| [4] | -ī | -īte |
| | -it | -iunt |

Exercitium 8

1. Aemilia ____ peristyl____ est ____ liber____ , sed ____ vir____ su____ .
2. Iūlia rosās ____ hort____ videt et ____ Aemili____ discēdit.
3. Puerī ____ Aemili____ sunt neque ____ e____ discēdunt.
4. Iūlia ____ hort____ venit ____ quīnque ros____ .
5. Rīdent puerī. Iūlia ____ ūn____ ros____ ____ i____ discēdit.
6. ____ vill____ magnum ātrium est ____ impluvi____ .
7. ____ ātri____ puerī aquam sūmunt ____ impluvi____ rosāsque ____ aqu____ pōnunt.
8. Iūlius ____ oppid____ est ____ quattuor serv____ , sed ____ Aemili____ .

| | |
|------|-----|
| ab | -ō |
| cum | -ā |
| ex | -īs |
| in | |
| sine | |

Lēctiō grammatica (versūs 106–156)

Lēctiō grammatica

Exercitium 9

Exempla: *Iūlius nōn ūnum servum*, sed *multōs servōs* habet.
Aemilia nōn ūnam ancillam, sed *multās ancillās* habet.
Villa nōn ūnum cubiculum, sed *multa cubicula* habet.

1. *Servum* nōn nōminātīvus, sed _____ est. *Servōs* quoque _____ est.
2. *Servōs* nōn accūsātīvus singulāris, sed _____ est.
3. *Servum* est accūsātīvus _____ .
4. *Ancillam* accūsātīvus est. *Ancillās* quoque _____ est.
5. *Ancillam* _____ est; *ancillās* est _____ .
6. *Cubiculum* nōminātīvus et _____ est. *Cubicula* quoque _____ et _____ est.
7. *Cubiculum* nōminātīvus et accūsātīvus _____ est.
8. *Cubicula* est _____ et _____ .
9. Singulāris: nōminātīvus *servus*, accūsātīvus *serv____*.

accūsātīvus singulāris
et plūrālis

| accūsātīvus | | | |
|-------------|-----|-------|-------|
| | | sing. | plūr. |
| m. nōm. | -us | -ī | |
| acc. | -um | | -ōs |
| f. nōm. | -a | -ae | |
| acc. | -am | | -ās |
| n. nōm. | -um | -a | |
| acc. | -um | | -ā |

10. Plūrālis: nōminātīvus servī, accūsātīvus serv_____.
11. Singulāris: nōminātīvus ancilla, accūsātīvus ancill_____.
12. Plūrālis: nōminātīvus ancillae, accūsātīvus ancill_____.
13. Singulāris: nōminātīvus et accūsātīvus cubicul_____.
14. Plūrālis: nōminātīvus et accusātīvus cubicul_____.

Exercitium 10

ablātīvus (abl.)

sing. plūr.m. nōm. -us -ī
abl. -ō -īsf. nōm. -a -ae
abl. -ā -īsn. nōm. -um -a
abl. -ō -īsExempla: *Cum ūnō servō. Cum multīs servīs.**Cum ūnā ancillā. Cum multīs ancillīs.**Cum ūnō cubiculō. Cum multīs cubiculīs.*

1. *Servō* nōn nōminātīvus, sed _____ est.
2. *Servō* _____ singulāris est; *servīs* _____ est.
3. *Ancillā* ablātīvus _____ est; *ancillīs* _____ est.
4. *Cubiculō* _____ est; *cubiculīs* est _____.
5. Singulāris: nōminātīvus *servus*, ablātīvus *serv_____*.
6. Plūrālis: nōminātīvus *servī*, ablātīvus *serv_____*.
7. Singulāris: nōminātīvus *ancilla*, ablātīvus *ancill_____*.
8. Plūrālis: nōminātīvus *ancillae*, ablātīvus *ancill_____*.
9. Singulāris: nōminātīvus *cubiculum*, ablātīvus *cubicul_____*.
10. Plūrālis: nōminātīvus *cubicula*, ablātīvus *cubicul_____*.

Exercitium 11

imperātīvus et indicātīvus

singulāris et plūrālis

sing. plūr[1] imp. -ā -āte
ind. -at -ant[2] imp. -ē -ēte
ind. -et -ent[3] imp. -e -ite
ind. -it -unt[4] imp. -ī -īte
ind. -it -iunt

1. *Vocā* imperātīvus singulāris est; *vocāte* _____ est.
2. *Vocat* indicātīvus _____ est; *vocant* est _____ plūrālis.
3. *Vidē, pōne, venī* _____ est; *vidēte, pōnite, venīte* _____ est.
4. *Videt, pōnit, venit* _____ est; *vident, pōnunt, veniunt* _____ est.
5. Imperātīvus singulāris: *cantā, tac_____, ag_____, aud_____*.
6. Imperātīvus plūrālis: *cant_____, tac_____, ag_____, aud_____*.
7. Indicātīvus singulāris: *cantat, tac_____, ag_____, aud_____*.
8. Indicātīvus plūrālis: *cant_____, tac_____, ag_____, aud_____*.